

sive pro signo negativo cuiusmodi est hoc aduerbiū non. Et hoc modo capitur ad huc dupliciter. Uno modo negative sive neganter et hoc est quando additur termino per appositionē sic quod non intrat dictiones cui adiungit. Alio modo capitur infinitanter per compositionē sic quod facit unā dictionem cum termino cui adiungit ut non homo. et de negatione negante solū est adproprium. Sciendū secundo quod autor in textu arguit ad utramque partē dicit quod omnis que querebatur in principio continuationis. Tertio negatio habet vim seu virtutem distribuendi ut patet in textu. Et per solutionem questionis. Est aduertendū quod aliquis potest habere vim distribuendi dupliciter. Uno modo primo per se. Secundo per accidens et ex consequenti tunc respondet quod negatio non habet virtutem distribuendi primo et per se ut patet per duas rationes textus quia sic non possit addi termino singulari. Et quia etiam non significat quandoque vniuersaliter tamē negatio bene habet virtutē distribuendi per accidens quia primo et per se negat formam importatā per terminū quia si sit communis per abnegationē eius sequitur negatio inferioris eius et sic sub tali verbo poterit subsumptio fieri si destruit per accidens. Si vero addatur termino singulari quia ille significat formā indiuiduatā et ad eam negationē sequitur negatio altius inferioris ideo non distribuitur ita congrue potest non distribui. Sciendū tertio quod autor ponit aliam distributionē que dicitur aptitudinis ut omnis homo timet in mari non est sensus quod omnis homo actu timet in mari sed quia omnis homo aptus natus est timere in mari. Et de distributione aptitudinis ideo quia non solū aptitudinaliter conuenit subiecto sed etiam quia aptum natū est conuenire suppositis subiecti secundum suā naturam. Unde si homo esset in mari secundum suā naturam esset natus timere et si non timeret esset contra naturā eius. Sciendū

quarto quod autor in textu ponit aliam distributionem quod dicitur distributio accommodata quia terminus non distribuitur per omnibus suis suppositis simpliciter et adequatē sed accommodat sibi simpliciter accidentaliter scilicet quod distribuit ipsum subiectū pro omnibus rebus simpliciter. scilicet pro omnibus rebus corporalibus alijs a celo et celum accommodatur sibi accidentaliter ab illa distributione. et similiter solet dici quod est distributio accommodata cum dicitur dyalerica viam habet ad omnium metathozum principia. Contra predicta arguitur primo sic prius dictū est in textu quod hoc signū nullus ratione negationis quā includit habet virtutē distribuendi predictatum ergo negatio habet virtutē distribuendi. Secundo sic. Cum dicitur homo non est azinus sub illo termino azinus potest fieri descensus ergo distribuitur et non nisi per negationem ergo negatio habet vim distribuendi. Tertio arguitur distributio est multiplicatio terminū cōmunis facta per signū vniuersale ergo negatio non distribuit ex consequenti cum non sit signū vniuersale. Quarto arguitur vnius rei est tantū vnius actus negationis actus est negare ergo non potest distribuere. Quinto arguitur dicitur est quod hoc signū omnis adequate distribuit terminū cōmunē per omnibus suis suppositis ergo cum dicitur celum tegit omnia ibi nichil accommodat ei accidentaliter et sic non est ponenda distributio accommodata. Ad primum dicitur quod negatio non habet virtutem distribuendi primo et per se et quo ad hoc bene probant ista argumenta nichilominus bene distribuit per accidens. Simili modo dicendum est ad secundū et ad tertium. Ad quartū dicitur quod vnius rei est vnius actus proprius primo et per se sibi conuenientem qui est negare habet tamē alium per accidens sibi conuenientē qui est distribuere. Ad quintū dicitur quod